

LATINE: DE MULIERUM INSTITUTIONE DEFENSIO

LAURA CERETA¹

M^a TERESA BELTRÁN, M^a TERESA CASES, MERCEDES GARCÍA

(GRUPO GALATEA)

grupogalatea@gmail.com

Contra muliebrem cultum imprecatio (ep. XXXI)

Ruri sola agebam et in otii tranquillitate **delectabar studiis humanis**, at tu interim de
meo aduentu apud meos sollicitabar.

Tandem, febriente marito, veni. Hunc seminecem vidi, solaui meliusculum, fleui
defunctum, cecidi super cadauer examinis et domus, quae me ad nuptias expectabat, ad
planetum funesta admisit.

Sic **unus infandusque annus me puellam, sponsam, viduam vidi**, atque omnibus
Fortunae bonis privatam.

Puta me esse mulierculam humillimam facie non minus quam indumentis; velut quae
sum studiosa litterarum magis quam ornamenti.

¹ Laura Cereta (Italia, 1469-1499) se casó en Brescia a los 15 años con Pietro Serina quien, tras año y medio de matrimonio, falleció por la peste. Entre sus 16 y 18 años escribió numerosas cartas en las que muestra gran preocupación por la educación de la mujer y su consideración social. En esta ocasión hemos seleccionado fragmentos de la epístola 31, en la que describe la situación que le provocó la muerte de su esposo, y de la 65, en la que defiende vehementemente la formación académica también para las mujeres. La edición que manejamos es la de Tomasinio de 1640 en línea (<https://books.google.es/books?id=EmZCAAAcAAJ&hl=es&pg=PA188#v=onepage&q&f=false>).

Humanitas autem ad id, quod vel prodesse vel delectari potest, semper inclinat.

Nos imperfectius animal summus et paucae vires nostrae fortia proelia non sustinent.

Vos, tantae auctoritatis supereminentissimi viri, in quos rerum summa deuenit et qui iure consilii tot modernos Brutos habetis, videte cautius, ne compositae huiusmodi elegantiae dolo capiami. Nam ubi consilium maius, maior ibi culpa grauatur.

De liberali mulierum institutione defensio (ep. LXV)

Videris hac arte sub gloriam miratae iuvenculae adulari nomini meo, sed blanda haec adulationis est captio, nam laqueatus decipulis insidiaris sexui in grande aevum semper ornato, et furore tuo persuasus quaeris discurrendo calcare me pedibus et illidire terrae pugnis impactam.

Tacuissem, ne dubita, si uni didicisset occursare mihi truxilla tua antiquataque simultas.

Sed stomachor nimia redundationi fastidii quid depravetur iis offendiculis tuis infirmioris **sexus nostri conditio**.

Ea ipsa merito causa est, qua ostendere cogor in quantam virtutis literarumque famam cuaserit gestata illa pectori nostro generositas, quam largitrix honorum scientia per aevum omne sublimat.

Certior namque et legitima est hereditatis illa possessio, quae ad nos usque protracta a saeculi perennioris aeternitate defluxit.

Plena est et ornata his exemplis omnis historia, et sic habes os foetidum argumentis obstructum, quibus fateare naturam discendi aequem omnibus unam impartiri licentiam.

At illae, quibus ad virtutem integritas maior aspirat, frenant principio iuvenilem animum, meditantur meliora consilia. Durant sobrietate et laboribus corpus, cohibent deinde linguam, observant aures, componunt in vigiliis ingenium et mentem excitant in contemplationem ad literas probitati semper obnoxias.

Neque enim datur dono scientia, sed studio.

Donavit satis omnes natura dotibus suis, omnibus optionis suae portas aperuit, per quas ad voluntatem mittit ratio legatos, a qua secum sua desideria reportent. **Vestra est auctoritas, nostrum ingenium.**

Expecta, solo ne terrore nominis paues? Non sum animo neque manu barbara, Quis te timor urget? Frustra vero te abdis.

Non meretur in viros nostra bonitas, quod sub contemptu foemineo admirari fingas de ingenii felicitate me solam, quae in conspectu benemeriti fulgoris aliarum musculus sum certe paruissimus.

Scholastica discipula sum sub favillula humilioris ingenii sopita [...] quae se detuendo sexu discretians conscientia obligatione suspirat. **Nam omnia penitus, tam quae in nobis, quam extra nos sunt, sexui obnoxia redduntur.**

Ego propterea [...] limabo fatigaboque calamum contra linguaces, mendaci gloria turgentibus, obstabo nec non pertinacer ad vias insiadiarum instructa et moliar ultricibus armis expugnare obstrepentium maledicentias infames, **quibus** infamatissimi quidam in frontesque furiosis in muliebrem et dignam venerationem Rempublicam infestius mordaciusque delatrant.

